

Petrus Tomicki Episcopus Cra-
viensis regni Poloniae Vicecancellarius.
Nicolaus de Niszwica Castel-
lano Sierpcensi.

139
Generose domine amice Charme, etc.
Petijt a nobis vestro nomine cloni-
nus Samuel Maciejowski, ut in commenda-
tionem fratris Vestri regias literas ad
reverendissimum dominum Cardinalem
Sanctorum quatuor scribi faceremus,
quod vobis visum non est factu neces-
sarium, quando iam semel a principio
commendatus illi fuit, et non multum
adhuc preterijt tempus, ut illius do-
minationi Reverendissime se in fami-
liaritate addidit. Sed ut commenda-
tionem interdum repetere non nocere-
ret, si mores fratris Vestri ad dignita-
tem commendationis regie ut decet,
consentiret, verum, ut nobis ex urbe
scribitur, longe moribus ab officio et
Decore sui generis abscedit. Nam praeter
hoc quod familiaritate sollici-
taturis regie majestatis et nostri
spreta, ita in societatem infamis, et
improbi hominis Michaelis De Pa-
now aliorumque Nebulorum se tradi-
derit certo educti sumus etiam con-
tractus quosdam De pensione sui
per Episcopatu Plocensi reservata

cum

cum Cardinali Cajetano illum facere,
que res cum ad offensionem Domini Epi:
scopi et majestatis regia spectet, faci:
le illi invidiam et vestra tota familia,
difficile aliquod negotium exhibere pos:
set, quare vos hortamur et rogamus
ut si consultum esse fame fratris ve:
stri velitis, moneatis illum ne com:
mendatione majestatis regia, et officio
suo illi manens abutatur. Vestra e:
nim omnium interest illum Romae
honestè et quiete vivere, ac in laude
que nobilem adolescentem decet ver:
sari.

Ceterum postulavit a nobis reve:
rendissimus Dominus Cardinalis Sancto:
rum quatuor, ut aliquem ei pulchrum
equum gradarium mitteremus, id quod
nos libentissime modo facere volumus.
Verum cum hactenus habere hic non
potuerimus talem equum, qui nobis pla:
cere, et qui tanto Prelato cum dignita:
te nostra mitti posset, rogamus vos plu:
rimum, si istic est apud vos aliquis
bonus et pulcher equus gradarius eum
ematis et ad nos mittatis, nos vero pe:
cuniam, quam pro illo expendetis vobis nu:
merabimus, et officium hoc vestrum omni
benevolentia et gratitudine nostra vobis per
omnem occasionem referre curabimus. Be:
ne valete et nos diligite. Dat. D